



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Claustrum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

52 CLAVSTRVM.

CLAVSTRVM.

Vide Religio quoad transitum.

Extra Clastra esse censentur,
qui sine legitima obedientia
alibi degunt, vel qui sua culpa ex-
pulsi sunt ab Ordine. tom. 3. quest.
32. art. 9.

Et illi nullum beneficium aut
officium Ecclesiasticum habere pos-
sunt. Degentes autem in Claustris
obtinere possunt beneficium cura-
tum suo Monasterio subiectum sola
Abbatis autoritate; sed non sim-
plex, sine speciali suæ Sanctitatis
licentia: nam concessionem priùs
ad hoc factam reuocavit Páulus IV.
q. 53. art. 1. & 2.

Rationabili exigente ratione,
licitum est Regulari, cum Genera-
lis licentia, manere in Eremo, Ho-
spitali, aut Ecclesia Parochiali, &c.
art. 5.

Habita Superiorum Prouincia-
lium facultate, multò magis Papæ,
possunt Religiosi cum conscientia
securitate, etiam ad longum tem-
pus, extra Clastra manere, ad sub-
ueniendum parentibus, retento ha-
bitu, aut etiam eo dimisso, si id
eius

C L A V S V R A. 53

eiusmodi subuentio requirat. articulo 5.

Monachus acceptans beneficium curatum de licentia sui Superioris, tenetur residere in Parochia, non in Monasterio. art. 3.

C L A V S V R A.

Vide Monasterium, Novitius.

Solo iure humano instituta fuit diuersis temporibus clausura Monialium, quandoquidem non sit de essentia Religionis; vnde nec primæ Religiosæ ab Apostolis consecratae, reclusæ fuerunt. tom. I. quæ 44. art. I.

Potest Papa præcipere clausuram, etiam in quibus Regula non indicit: tenentur enim omnes Religiosi obedire, non solum in iis quæ directè in Regula continentur, sed etiam quæ indirectè, id est, quæ prudenti iudicio conducunt, ad commodiorem Regulæ obseruantiam: hæc enim nequeunt dici esse supra Regulam, ad quæ non tenentur, sed omnino secundum eam, ibidem.

Concilium Trident. sess. 25. de Regularibus, cap. 5. omnibus prorsus

D 3 Mo